337.

Landgraf Ludwig bekundet, daß Heinrich von Frömmstedt den Zehnten von dem Dorfe Frömmstedt dem Stifte Jechaburg überlassen habe. **Weißensee, 1224.**

Hdschr.: Kop. Perg. (Saec. 15). Landesarchiv Sondershausen.
Gedr.: Müldener, Bergschlösser 37.
Anm.: Die Indiktion 5 statt 12 läßt auf einen Fehler des Abschreibers im 15. Jahrhundert schließen. Es liegt aber auch die Vermuthung nahe, daß bei der Jahreszahl ebenfalls ein Versehen untergelaufen ist, die Urkunde in das Jahr 1225 gehört, in welchem der Landgraf zu Weißensee unter Mitwirkung dreier in unserer Urkunde aufgeführter Zeugen urkundet.

Ludewicus dei gracia Thuringie lantgravius et Saxonum comes palatinus. Notum sit omnibus, ad quos devenerit presens scriptum, quod Heinricus de Frommigestete, cognomine Ubilacker, feudum, quod videbatur habere in decimatione ville eiusdem videlicet Frommigestete, dilecto nostro preposito de Iechenburgk resignavit coram nobis et universe[a]) actioni, quam habuit adversus ipsum prepositum, totaliter renunctiavit. Testes huius rei sunt: Comes Heinricus de Kirchbergk. Rudolffus de Bultzingisleben. Dapifer Heinricus de Schlotheim. Hugo de Someringen. Ebirherus de Saltza. Didericus de Gruningen. Hugo de Almenhusen. Tuto de Lapide. Siffridus de Spattinberg et alii quam plures. Acta apud Wissensehe anno incarnationis Christi M. CC. XXIIII., indictione quinta.

338.

Die Landgräfin Sophia genehmigt den von ihrem Kolonen Walter von Apfelstädt mit dem Kloster Georgenthal abgeschlossenen Aeckertausch. **1224.**

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haus- und Staatsarchiv Gotha. Q Q. I. d. 20. Das zerbrochene S, an Pergamentstreifen, = Taf. XII. 1. Phot. H. St. A.
Gedr.: Thuringia sacra 481.

Sophia dei gracia Thuringie lantgravia. Notum sit omnibus presentem audientibus litteram, | quod in villa Appelste residens quidam colonus meus Walterus nomine mediante sculteto | meo Burchardo cum assensu filiorum suorum Henrici et Ghiselere cum fratribus de Valle | sancti Geoogii ibidem in curia sua commorantibus convenit, quod undecim agros et dimidium de possessione eorum, qui agris meis adiacebant, quos idem Walterus colebat, per commutationem accepit et de meis agris eiusdem numeri agros, qui fratrum illorum terminis contigui erant, deinceps libere possidendos cum meo favore et permissione assignavit. Propter quod ne quis factum nostrum retractare presumat, litteram istam bulle nostre impressione roboramus. Acta vero sunt hec anno domini M. CC. XXIIII.[a]), regnante filio nostro Lvodewico Thuringie lantgravio et Saxonie palatino. Huius rei testes sunt: Burcardus villicus. Henricus Reinuerdi filius. Conradus. Hermannus Liuene. Arnoldus. Wolfram. Reinuert. Henricus faber.

(SFR.)

337. *a)* universo *Kop.*
338. *a) Der letzte I-strich von* IIII *erscheint etwas dunkler.*